



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Discursus Prædicabiles, Sive Viridarium Sacrarum
Concionum**

Paoletti, Agostino

Coloniae, 1677

Altera Pars.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55660](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55660)

Paschaf. Ratber. in cap. 2. D. Matth. in Bibl. vet. Patrum. Tom. 9. p. 2.

mi sunt: lam video ideo fratres, quia humiles, quia abjecti. Qui tantum est humilis se similem, & fratrem Dei vocare potest. Et Paschasius Ratbertus: Minimos quoslibet eorum ideo vocat, vel quia in mundo minimi sunt estimati, vel quia apud semetipsos minimos iudicaverunt, eo quod essent in oculis suis humiles, ut apud Deum invenirentur magni, si sequerentur eum, qui dixit, Discite à me quia mitis sum, & humilis corde. Notetur particula, ut apud Deum invenirentur magni. Non dicit apud homines, esto hoc sufficeret, sed apud Deum. Lux ut Soli sit vicina, nec lumen perdat, sed illud augeatur, valde intensa esse debet. Et quomodo non sit magnus humilis, si ejus sublimitas cotam Deo non remittatur, sed augeatur? Et apud Deum inveniantur magni. Meo iudicio humilis non potest magis exaltari, nec humilitas prodigia majora cauare. Qui se humilitat exaltabitur. Hinc concludente Busebio Gallicano publicanus, qui adeo se humiliavit, dum nolebat oculos ad caelum levare, sed percutebatur pedes suum dicens: Deus propitius esto mihi peccatori, se humiliando exaltatus est. Et quiesco.

Eu. Gallic.

ALTERA PARS.

20. **D**eus, ut imitemur publicanum humilem, non Pharisaeum superbum vult. Doctor Angelicus super illa verba à Deo homini dicta: *Ecce dedi vobis omnem herbam afferentem semen super terram, ut sint vobis in escam.* Et dum postea subjungit, *Et cunctis animantibus terra, hominibus & bestis eadem fuisse pascua concludit.* An non homines multò nobiliores sunt bestiis? ergo Deus homini alia pascua, & ferula delicatiora concedere debuit, Causam idem Author addit: *Ratio quare voluit Deus, ut homo, & animalia cibos haberent communes, sua, quia voluit ei dare occasionem sua humilitationis, non minus superbitur, & de consideratione sua prelatio-nis, & dignitatis.* Et ne superbiendi ansam haberet ob nobilitatem, Cajetanus animalibus è terra formatis, hominem è luto conditam observat: *Pater differentia inter materiam animalium & materiam hominis, quia ista de terra, homo autem de pulvere terra.* Contartium fieri debuit, ut illa è fece terrena, hic è terra magis nobili formaretur, Minime: sed fiat elimo terra, quia si quandoque voluerit superbitre ex consideratione vilis materiae, qua est formatus, ansam habeat se humiliandi. *Quasi diceret, & homo,*

Gen. c. 2.

Thomas Angelicus cap. 1. Gen. v. 33.

Cajet. in 1. 2. Gen.

noli superbitre, cum principium ex quo formatus sis luto abjectius sit principio formationis animalium. Superbia facillime gignitur, sed difficulter extinguitur, & dum se munit, & in arce vitatorum, & in mentiorum sua labara famosorum titulum multiplicat, in victa redditur. Superbiam quisquam meritis.

21. Sed si hominem voluit deprimere, cur eum adeo exaltat: quare ei imaginem, & similitudinem divinam indidit, cum eum ad superbiam pronum, facillimeque à vanto superbia commoveadum, videt? verum est, ait Olearius, sed ut eum in humilitate contineret, deterrere, imò luto, quod est fex terrae illum composuit: *Fecit enim te è pulvere terra, sicut imaginem dedit, ut si quando Dei imago te incutiat extolleret, pulvis reprimat, humilitas electum tuum contra venenam superbiae est.* Crenis, ad productum Deum quamlibet ut bonam appropinquasse est observandum. Idcirco dixit Moyses: *Vidit Deus, quod esset bonus, & c.* Sed homini producto non dedit illum honorem, sed tantum dicit: *Formavit Deus hominem de limo terra.* Sed si homo sit omnium creaturarum nobilissimus, & in suo genere perfectus, debebat Moyses eum laudando & celebrando dicere. Videt Deus hominem quod esset bonus. Hic quidam modernus admirandi ansam sumpsit: *Si homo ita perfectus est, cur enim alia creatura, nisi ex divino officio, novus, recens, & precelestis creatura à Deo laudabatur: solus homo ex iustitia, & sanctis manibus abis illaudatus: ideo Deus cum non laudavit, ut omnem ei adimeret superbiendi occasionem.*

Et respondit: *Idcirco Deus non laudavit, ut omnem ei adimeret superbiendi occasionem.* Veritas, Deus, qui tantus est hostis superbiae, nullum intermisit medium, quo persisteret posset homini humilitatem. Hae sublata, ait Chryllostomus, omnia bona facile subvertuntur. *Et in malum suum convertuntur, sive jejunium, sive orationem, sive elemosinam, sive continentiam, sive quod aliud bonum congregaveris, absque humilitate defluit, & commissa perierunt.*

Et loquitur ad propositum Publicani & Pharisaei: *Quod & Pharisaeus factum fuit postquam pervenit ad ipsum veritatem, omnibus animis dicitur, quoniam bonorum matrem non habebat: vixit vapor, quò altius ascendit, eò magis ad precipitium tendit.*

22. Et si humilitas est origo virtutum, quomodo non possim dicere, quod superbia sit origo

ergo malorum? & sicut humiles exaltantur, sic superbi deprimuntur: idcirco Publicanus solebat dicere: *Quo signumina sit superbi gloria*. Et Seneca: *Fructus superbi, seculum amittit*. Et alibi id confirmat: quicquid in altum fortuna tollit, vicissim levat, & sanctus Bernardus: *Superbia de supernis ad ima precipitat*.

Et David Loquens de hominibus, qui ventu superbia inflantur dicebat: *Deieisti eos, dum alleluarunt, quomodo facti sunt in desolationem, pulvis deiecerunt propter iniquitatem suam*. Ut agnoscant in qualia precipitia eos deturbabit superbia, illos in abyllum miseriarum precipites agit: Id est, interpretatur Cardinalis Bellarminus, dum exaltentur ad honores, & dignitates, per eas deieci sunt in precipitium mortis eterne iusto iudicio suo.

Sanctus Pater Augustinus modum loquendi Prophetae ponderat; & observat, quod dicat eos deieci, non dum suat elevati, sed dum elevantur: *Non dicit deieisti eos, quia elevati sunt, non quasi postquam elevati sunt, deieisti eos, sed eo ipso, quod elevati sunt, deieci sunt*. Si enim essent iam cadere, deieci eos dum exollentur. Deiecerunt vero quomodo sumus, qui dum exollitur desecit. O malam superbia, quae tuos vehis, ut in abyllum precipites! es monstrum perditionis, quae dum pretendit illi verticem gloriae, nunc in imo inferni delitescit.

23. Successum Luciferi, dum superior esse Deo voluit, superbia in hunc dicens: *Super solum Deo exalabo solum meum*, audire, Filius Dei hunc casum Discipulis sub metaphora fulguris narrat: *Videbam Satianam sicut fulgur de caelo cadentem*. Dum Luciferi cogitatio superbiae incidit, illico velut fulgur e caelo cecidit. Auditores, lapsus in diebus solemnitarum, & letitiae quosdam radios pulvis formatos videritis, ut ignis in applicatus fuit, magno impetu in aera feruntur, Micant, & lucent sicut stellae, venustatem, & applausum intuentibus ingerant, eos iudicantes pulchiores stellis. Ac si imitatem terrae in vili haberent, ad arcem sphaerarum sublimiorum tanquam triumphaturi volant. Sed quid? Defectu materiae combusibilis extinguunt flamma, rotur debilitatur, impetus deficit, & pars superior se invertit, radii extinguuntur, & precipites in terram ruunt, accurrunt pueri curiosi, & non nisi chartam nigram, fumigatam, & putridam repetunt. Calus Luciferi, nec hilo a fulgure cadentem. *Videbam Satianam sicut fulgur, de caelo cadentem*. Precipitem de supernis ad ima lapsam:

Lucifer in suis exaltationibus praecipitia invenit, & dum voluit ascendere, in profundum abyssi deturbatus est. Haec fuerunt iuxta superbiae: *Sicut fulgur, ait Janenius, cadit e caelo. Vix est autem Dominus fulguris exemplo, ut significaret velocitatem lapsus ipsius, quodque a summa celsitudine subito sit eiecius, ut vere evanuerit*. De Lucifero verificatur illud dictum poetae.

*Cade ben si chi pertinace estolle
Di gon sia vanita caduche piunte
E Dentro; se sti suo vis superbo, e folle
A Dio paragonar si ancor presume,*

24. O Christiane, dum ergo vides a superbia te deprimi, cur te non humilias cum publicano? audi meum Archi-Episcopum Valentinum: *Non est alia via ascendendi, nisi descendendo. Descendam coram te, & ascendes coram Deo: Esto parvus in oculis tuis, & eris magnus in oculis Dei, quia vere, qui descendit, ipse est qui ascendit, & contrario qui ascendit, ipse est qui descendit. Quo majorem te reputas, minor es, & quo minorum te facis major habebis. Disce homo humiliari, ut exalteris, disce contemni, ut sublevis.*

O stultitiam Christianorum, volumus esse discipuli Christi, qui discit humilitatem: *Discite a me, quia mitis sum, & humilis corde*; & tamen in nobis vestigium hujus factae virtutis inveniri nolumus. Militamus sub vexillo sanctae humilitatis, & Luciferi superbiore sumus: *Quid delirius exclamat idem Archiepiscopus, quid insanis, quam sub humilitatis vexillo superbiae profertis*, quam facilis est descensus, tam difficilis est ascensus; nihilominus homines infelices spernentes viam facilem humilitatis, vias difficiles superbiae eligunt. En Bernardum: *Cum enim descendere facillimum sit, ascendere difficilissimum, homines miserandi facilem viam contemnent, aspirant & difficilem elegerunt*.

Ad minus Pharisei, & Publicani finem ante oculos vobis ponere deberitis; Pharisei veluti superbi ieiunia, & eleemosyna non fuerunt acceptata, sed hujus suspiria, & accusationes propriae gratiae fuerunt: *Deus propitius esto mihi peccatori*. Hinc obtinuit iustificacionem, & veniam. *Descendit hie iustificatus in domum suam* Humilitatem amate, & superbiae contemnite. De hac dixit quidam doctus: *Crescente superbia demerit fortuna*.

— *A cadere va chi senza legge, o freno
A somma altezza ambizioso aspira.*

ent. super
D. Luc.
cap. 10.
Jan. sen.
Comm. in
conc. Ev.
c. 80. f.
209. col.
2. h. e.
Hieron.
Fenta l. 2.
ode. 5.
B. Thom. 2.
Vill. con. 1.
de As.
Dom.
f. 207.
col. 1.
D. Matth.
cap. 11.
B. Thom. 2.
Vill. ubi
supra.
D. Bern. in
conc. Asc.
D. am. ubi
supr. col. 2.
Nicol.
Roussu.
Class. 2.
lymb. 4.

ST
licab